

P. 6. 44

oo k

Theologie
P. VII 35t. 625.

VINDICIAE
CONTRA PHILIPPO-
MASTIGAS.

Sive

DEFENSIO SCRIPTORVM
ET MERITORVM

VIRI CLARISS: ET DE
ECCLESIIS ET SCHOLIS TOTIVS
GERMANIÆ & de posteritate universa
Optimè meriti.

D. PHILIPPI MELANCHTHONIS
Heroico Carmine Scripta

à

M. JOACHIMO MEYSTERO
Gymnasij Bremensis designato
Rectore.



BREMÆ

Excudebat Theodorus Gluichstein, Anno

CIO. IO. XXCIV.

*ab Bogus B
in univ. Halle!*



CLARISS. ET AMPLISS: VIRIS,
prudencia, virtute, ac dignitate præstantibus, Dominis
consulibus & Senatoribus Inclytæ Reip. Bre-
mensis, Dominis suis colendis.

S. P. D.



um præter meam cogitationem nuper vocaver
à vobis, Viri amplissimi & observandi, ad in-
clyti vestri gymnasij gubernationem, variè
ipse mecū luctatus sum. Nam etsi hic locus,
qui mihi natalis est, non ita me vincitum tene-
re videbatur, ut non abesse possem, si ita usus
foret, & Deus alibi me ad Ecclesia sua utilitatem esse vellet: ta-
men non facile patiebantur me assentiri vocationi vestra: patriæ
amor. & quod in ea per per annos cōplures scholam Dei beneficio
rexi: tum etiā benevolentia meorū: & quod Oeconomie honestè su-
stentanda adminicula necessariā minime hic mihi defuerunt ha-
ctenus: Deniq; quod iter ad vos hinc longinquum, & familie ac
suppelletilis transferenda difficilis futura videbatur ratio. Ac-
cedebat etiam, quod jam ante audieram, virum clariss. D. Cruci-
gerum, quem honoris causa nomino, ad scholæ vestre Rectoratū
vocatū fuisse: Qui conditionem tamen non accepisse nunciaba-
tur, sive ab eo, cui operam suam addixerat, principe detentus, sive
alijs de causis impeditus: Cui ego tantū tribuo, quantū viro longè
doctissimo & exercitatissimo à longissime inferiori tribui par est.

Verū sic à vobis scriptæ erant ad me literæ vocationis, sic
ceterorū amicorum, qui eadē de re ad me jussu vestro scripserunt,
exhortationes comparatæ fuerunt, ut vocationem istam vestram
non nisi singulari Dei providentia ad me deferri, existimare po-
tuerim. Et quid ego de animi mei affectione scribam? quam mi-
hi cum bonis omnib. comunē esse existimo? Quos puto unā me-
cum vehementer letari de hoc honestiss. vestro instituto, quod cer-
tū vobis deliberatumq; est, nō modò conservare apud vos scholā
sed novis etiam accessionib. eam amplificare. Quid enim rerū om-
nium est, quod æquè consulere senescenti Ecclesia, quod veritatem
laban

labantē nutantemq; sustentare tantoperè possit, quàm eiusmodi gubernatorū animus, in id unū incumbens, ut etiamnum, exulcerato hoc seculo & schola sint & disciplina aliqua? De quo mihi cogitanti in mentem venit, quod dicitur: Regina erunt nutrices, Quod beata illa anima Philippi Melanchthonis, de civitatib. Aristocraticis interpretari solebat. Itaq; nō potui non gratulari tum Reip. vestrae, tum Ecclesiae ac posteritati, & gubernatores tales, & consilia & animos. Et cum ad persequendum laudatissimum hoc vestrum institutum, tam sollicitè à vobis, & amicis, quos isthic habeo, meam tum praesentiā, tum operā expeti intelligerem: Egoq; voluntatem Dei legitima vocatione declaratam reb. omnib. anteferendam: atq; utilitatem publicā privatis commodis anteponendam esse statuerē: deniq; & hoc in loco, ubi hactenus docui, idoneos qui in stationē meā succederent, minimè defuturos esse persuasum mihi haberē: Communicato tandē cum amicis consilio potestateq; bona cū pace & gratia hinc discedendi, à Magistratu impetrata, meam vobis scholēq; vestrae operam sūv Deō per literas & per nuncium vestrū, quem ea de causa ad me peculiariter misistis, addixi, meq; paulo post venturū ad vos promisi atq; sponendi paucis saltē circumstantijs et conditionib. additis, in quib. benignissimè postulationi meae postea assensi estis, ut nihil jā aplius restet, quàm ut primo quoq; tēpore me ad vos trāsferā. Quod ut publicè Ecclesiae & Reip. & schola vestra & mihi meaq; familia priuatim benè feliciterq; eueniat, Deū Opt. Max. ardentib. gemitib. ac votis oro.

Commodè autē accidit, ut eo ipso tempore, quo me vocare ad vos voluistis, praemanib. haberem Carmen de PHILIPPO MELANCHTHONE, viro de Ecclesia Dei & de scholarū studijs optimè merito, cuius memoriā nondum sic abolere atq; extinguere aduersariorū rabies potuit, quin nomen eius adhuc sit in benedictione apud intelligētes & verè pios omnes, per uniuersam Germaniā atq; etiā exteris in locis, ad quae fama meritorum tanti Viri peruenit. Id carmen etsi tale non est quale volo, quòd de literarū studijs & Ecclesiae doctrina nō loquātur Poetae Latini veteres, ut eos imitari

possim: quia tamen, ut ederetur, amici instabant, vobis potissimum
viri aplis. & observandi, inscribendum esse duxi: Primum quia apud
vos ut imprimeretur, amici operam dederunt. Deinde quia cum me
Deus in clientelam Vestram induxerit, egoque mea vobis studia scho-
larum vestra jam destinarem & consecrarem: ratio ipsa postulare vi-
sa est, ut fructus seu laboris seu operis mei, vestri sint deinceps, ac
toti vobis reseruentur, quorum fundus in mancipio est, ut eorum
quidquam alio vertere non possim, quin avertisse & intervertisse vi-
dear. Praecipue vero nominis vestri mentionem facere in editione
huius carminis debui, quod publice constet, Philippi Melanthonis
& superstitis existimationem apud vos eximiam fuisse, & post mor-
tem, doctrina & meritorum eius memoriam sancte inviolatamque
retineri in Repub. Ecclesia & schola vestra.

Accipite ergo, viri praestantissimi, tenue hoc munus, quo & ob-
servantiam meam declarare vobis cupio: & testatum esse omni-
bus volo, nullis me opinionibus alienis, a doctrina Melanthonia im-
butum esse, & consensum apud vos publicum in hoc doctrinae genere
(quod secundum Canonem scripturae Propheticae & Apostolicae &
Orthodoxa symbola in scriptis Melanthonianis adversus veteres
& recentes quorumcumque fanaticorum errores dexterrime expli-
catum est) pie fideliterque conservaturum, & ad posteritatem meo
etiam loco propagaturum esse.

Deum aeternum Patrem D. ac liberatoris N. I. C., toto pectore
oro, ut quam vobis voluntatem largitus est in excitandis stu-
diis pietatis, linguarum & artium, quae sunt fontes rerum omnium
bonarum in toto genere humano, eam ut in vobis confirmare &
augere indies dignetur, suoque Spiritu ad nominis sui gloriam &
Ecclesiae aedificationem sanctissimos conatus vestros regat & di-
rigat. Faxit vero idem, ut vobis etiam ego in opus Dei incum-
bentibus, & scholae vestrae salutariter inserviam. Amen.

Vestra Amplitudini
addictissimus

M. Joachimus Meysterus



Ox erat: & cælo fulgebant
astra sereno,

Descripti-
o nocturne
temporis.

Versabatq; rotas, & luci-
da plaustra Bootes

In medio: lapsusq; ingenti
per duo gyro

Sydera, quæ metuunt Nerei per carula mergi
Anguis clara tuens vertebat lumina retro.

Arctophy-
lax & Ser-
pēs in par-
te Arctoa.

Sidereæ cui terga nota, cui plurimus auro
Squamam accendebat fulgor, sinuosaq; caudæ
Stellarum rutila traxere volumina flammæ.

Parte alia fulgens auro rutilabat Orion.
Aurea clava manum, stellatus jaspide fulva
Ensis habet latus, & flammætia pondera balthæi.
Cætera quæq; suo gaudebant lumina motu.

Orion in
parte Au-
strali.

Vos æterni ignes, tacito labentia mundo
Sidera, tu noctis decus omne argentea Phæbe:
Dicite, quæ regio, quis habet locus astra, Philippi
Mentem animūq; super, tenuē sine corpore vitæ
An via quæ superum regis sub limina tendit?
Olim mentitos perhibent, quæ sidere crebro
Candentes posuisse pedes, gressusq; tulisse,
Haud fortunati mala seculi numina, diuos?

Compella-
tio pœtica
syderum.
Vbi nunc
est beata
illa anima
Philippi?

B

Ad-



Admistus ne choris caelestibus, aethera purum,
Pennigerum in more juvenum, aligerumque cohort-
Pervolitat, Jovisque sacri se sistit ad ora? (tis

Anne comes Cilicis Magni, dicentis ab ore
Pendet hians? quondamque sacro dictante Lutero
Proximus a Paulo tendit? quaque ille catervis
Vertitur in medijs, vadentem passibus aequat?

Anne aliquem priscum, genitum melioribus annis
E numero Vatum sequitur? quem Medus Hydaspes
Externum tremuit, regnique in parte locavit?

Aligerum turmis charum, regumque favori?
Sive Abram gladio cinctum, quo colla secaret
Abramida? nati sparsurus sanguine caesi
Arasque, lucosque, pyramque è robore structam?
Sive alios, mora quos cunctos sit longa referre.

Hac ego: respondent nutu, radiisque, notisque
Sidera, demittuntque vagas per inania flammam,
Et crinem caelo volitantia plurima ducunt.

Luminibus quae dum tensis super aethera magnis
Aspicio pernox: lapsus sopor inde repente
Lethaeum quassans super utraque tempora ramis
Vique soporatum, thalamo de more reponit.

Namque etsi sera tandem dare membra quieti
Hera monet: doctisque dari sueta ante Camanis
Tempora,

Contem-
platio caeli
in multa
noctem.

Tempora, quàm roseos cælo patefecerit ortus
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Hærebam tamen usq₃, poloq₃ immota tenebam
Lumina: nec potis expleri, mentemq₃, animumq₃
Aut dulces motus astrorum, aut flammea cæli
Momenta, & tacitis quæ stellis signa, tuendo.
Donec ab aspectu abstractū, somnoq₃ gravatum Somnus
Accepit tandem thalamus, pressitq₃ jacentem
Dulcis, & alta quies, placidaq₃ simillima morti.

Tempus erat, medios torquens nox humida
Præcipitè pōto properabat mergere currū: (cursus Imago
Et jam sævus equis Oriens afflabat auhelis. Philippi
Visa mihi cælo facies delapsa Philippi per somnū
Versari ante oculos, talesq₃ effundere voces. oblata sub
exitum
noctis.

Qualis erat, juvenū quondā stipante caterua
Cum rediens superūm perfectō latus honore
Ibat, & assueto repetebat limina gressu.
Læva librum, manicamq₃ super, vestemq₃ tenebat
Corripiens: at dextra mitram demissa gerebat.
Exangues artus horrentia frigore membra
Pellis obit, dupliciq₃ tegit circumdata amictu.

Tum prior: ò nostri teneris defensor ab annis Philippi
Tūne etiam metuens vicinum rure Sinonem Melanth.
Exactum, spumas sævo ore, canumq₃ salivas per Idolo-
paian O-
B 2 lactantem ratioq₃ et

Λιασικὴ
contra V-
biquitatis
Apostolū. *Jaētantem putres. quīs te nil, tale merentem,
Perq; domos atrox, perq; omnes conspuat aulas.
Tanarij, quem commemorant, ceu janitor Orci,
Ossa super recubans, antro semesa cruento,
Polluto castas triplici trux territat umbras
Ore sonans, vanisq; trifaux latratibus urget.
Haud aliter per rura ruens vicina, per oras.
Cerberus iste, sonos tollitq; & inhorruit armos,
Latratuq; domos ingens, & personat umbras.*

*Non impune tibi VERO sed bella nefanda
Immanis faciens: VERO luet horrida facta.*

*Ille adeo Divi quæ jaētat sensa Luteri:
Quaq; mei, verbis fallens, monumenta laboris
Admittit, recipiq; jubet Minoius heros:
(Vrñā cui versare datū, cui quærere VERVM)
Non tenet, aut ullo tenuit monstrante Magistro.
Impostor, dubius, nec sanæ litis amator,
Assecla mensarum, patinas, laticemq; Lyæum
Fœmineosq; greges inter, puerosq; puellasq;
Immoderata loquax: mentitus numen, & ingēs
Cœlitus alloquium, lacrymasq; per ora cadentes.*

*Qui sciret? toto biduum qui non semel anno
Insudans libris insumeret, omnia circum
Atria pulsa volans, pede limina cuncta peragrās*

*De turbi-
ne simili-
tudō.*

Ve

Vt quæ nesciret, simularet scire, rudesq;
Deciperet mendax, & turpi falleret ausu:
Ore bonos mordax laceraret: dente Theonis
Inprimeretq; notam, famaq; illuderet acer.

Non ego, nõ diuus docuit, dum vita, Luterus
Vnigena in nato Christo, diuina seorsim
Esse putanda animo nobis, humana seorsim.
Atq; ita diuulsis Naturis, disq; gregatis
Diuina humana, humana diuina seorsim,
Aptanda: & geminum, nexu, sine more, soluto
Fingendum ex uno, Christum: bis bina docere
Corpora, quæ solita est sic dicere docta vetustas. σωμα
pro perso
na
Personas de more vocat, sacer ille Tonanti
Cætus, Jova pater, te Nate professus, & Aura
Cælipotens, patris & Nati spirabile numen.

Ast hic querit iners, homini quæ debita Christo Nestorian
na natu
rarum dis
tractio
per ubi
quitarios
invehitur
seorsim
querentes
de maies
tate filii
hominis.
Nunquid Majestas diuini numinis? extra
Vincula, quis duo sunt unum: quis una potestas
Vnum subsistens, diuina, humana propago.
Qua Mortē, Ditemq; super, commissaq; patrum
Vinceret, & cæli mortales parte locaret.

Ipse nova quondam Roma, Jovaq; sacerdos
Vana tumens, vera in superos pietatis egenus

Nestorius, lingua melior, temerarius, audax:
Tale quid haud ausus blasphemus effundere ab o-

Quare age iudicio magni permittite Tonantis (re
Qui veniet patris missu, sub nube serena (est.
Ostentans miseris carnem mortalibus almam:
Quam puer in teneros dum sese colligit artus
Virginea nostri generis secum extulit alvo.
Vulnera q̄ illa gerens, quæ circum plurima muros
Acceptit patrios, clavis trabe fixus ab alta.

Paræta

Tu modo, quas nostris consueras mittere Vates
Inferias umbris, susceptum perfice munus. (da

Dixerat hæc, media intumuit de fronte, vidē
Vena ingens, veluti fuerat, dum vita manebat.

Gestus
Philippi
irati.

Indiciūq̄ iræ, toto dicentis ab ore
Scintilla absistunt, oculis micat acribus ignis.

Atq̄ indignanti similis, tum multa paranti
Dicere, se medijs abjens immiscuit umbris.

ἦθος ex-
perrecti à
somno.

Me simul ac vultusq̄ viri, somnusq̄ reliquit
Tali sum contra, fugientem voce secutus.

Quid miserū toties falsis divine Melanchthō
Ludis imaginibus? crudelis tu quoq̄? tantum
Non datur aut veras audire, aut reddere voces.

Talibus incusans, demisso membra grabato
Attollo, & repetens opera interrupta re-viso.

Uos

Vos ò cœlestum, Vos ò doctissima fandi
Lumina: Nate Deo, sacer interpretq; Tonantis,
Bis genite, ò cui terra, fretum, cui sidera parent.
Tuq; adeo, summi quam fervida pectora patris
Aura potens Numē, quā spirant pectora Nati:
Ferte viam vento facilem, date vela per undas.
Scyllæos inter scopulos, interq; Charybdin
Monstra Deū, trabib; salis ingēs æquor arandū.

Invocatio
ad filium
Dei &
Spiritu S.

Scripta canā, tuas scripta canā diuine Melāchthō
Sacra, canā, quæ, scripta, dedit tua maxima cura,
Scripta canam, cedro & longa dignissima vita.

PRO-
POSITIO
sequentis
Carminis.

Idq; adeo quare credam: quæ signa secuta es
Militiæ pubes nostræ, jam adverte, docebo.

Principio vatum sacer ordo, sacerq; Senatus
Purpureo madefacta gerens vexilla cruore
Unigenæ Nati: sequitur quem debita cælo
Gens, dilectæ Deo, terræ cui militat oris.
Quæ dedit, inspirata animis divinitus, aurâ
Sidereo lapsa cælo, totaq; per artus
Infusâ, atq; imas tacite subeunte medullas
Sunt, superum, vera indicio: sunt firma secuto
Eventu super: & tanto discrimine rerum.

Funda-
mentum
omnis do-
ctrina, de
Deo sunt
Propheti-
ca & Apo-
stolica
scripta.

Certitudo.
doctrina
Propheti-
ca & Apo-
stolica
confir-

Quin etiam Jova, & rebus poscentibus ultro
Ediderunt varijs tandem spectacula formis,
Omnia

mata à te-
stimoniis
Inter qua
excellunt
Miracu-
la.

Omnia vertentes sese ad miracula rerum.

Quis verbis manifesta fides, manifesta Tonantis

Ira simul, tantis qui ausus non crederet orsis.

Aspice mirificum virgâ, ostentisq; deorum
Amramiden: quantis Phariû regemq; solumq;
Ille malis, quanto super ille dolore fatigat.

Ipsa suas leges, aeternaq; fœdera rerum
Mutari Natura tulit, gemuitq; repertam
Mortalem in sese dextram, & sua iura ruentē

Aquae Æ
gyptiae cõ
versa in
sanguinē.

Nereides, Pelusiaca nymphaq; chorusq;

Niliadum, verso rivorum flumine claro,

Immundo tenues maduerunt sanguine amictus.

Lamentis nemora alta sonant, soliq; recessus

Atq; lacus, atq; antra prociul, Mēphisq; Pharusq;

Versaq; in obscœnum Nilotis lymphæ cruorem.

Ipsa adeo Nymphæ, ipsa Naiadesq; puella

Excessere antris, fluviorum & fontibus udis:

Horrentes tenera manantem mente cruorem.

Ruptū æquor memorē? disiectaq; cerula ponti?

Mare ru-
brum die
uisum.

Et stantes cumulos utring; immobilis undæ?

Caucaceos ceu se scopulos, & scrupea montis

Verticibus ruptis inter juga, semita pandit:

Vtring; incumbunt celsæ fastigia rupis.

Effugi-

Effugiuntq; oculos, subitam minitata ruinam.

Haud aliter celsum rorate cacumine marmor
Inter, & immotos undae stantis Olympos:

Isacidum graditur siccis gens libera arenis.

Regem operit pontus, mergitq; sub equore currus.

Virgati vitum manibus super athera tensis

Amramidū, & juvenis praesenti in nube corusci

Israëlita-
rum tran-
situs per
mare &
Pharao-
nis interi-
tus.

Anne quater denas hiemes per inhospitataes qua?

Qua nonnulla hominum pede, non super ulla animantum

Trita via est? non carpsit iter longinqua viator

Tecta petens, aliena ferens aut nuncia verbis?

Bobus ubi junctis terram haud molitus arato

Agricola, haud ullos in longum ducere sulcos,

Grandia nec voluit committere semina terra?

Non hortis locus, arboribusue, aut vitibus ullus.

Conserua-
tio Israëli-
tarum in
deserto.

At fruges caelo fusas, dum nigra silet nox,

Mane novo pubes legeret quas? castra volucrum

Agmina pulsa Notis impleffe, manusq; sinusq;

Tantum non avidas mox descendisse sub alvos?

Millia sic capitum bis tercentena, tot annos

Vixisse? & tunicas, & quos induxit amictus

Artubus, & quae vincla pedum Nilotica plantis

Circum dura dedit gens, non trivisse meando?

C

Indig.

Indignata tamen, Jovæ, vox impulit, aures
O quoties, gentisq; male illat abile murmur?

Transitus
Israëlita-
rum per
Jordanem

Jordanidasne feram mutatas rupibus undas
Obriguisset vadoq; viam fecisset, maniplis
Abramidum, toties tot millibus? agmina tota
Injusto sub fasce viam carpentia, donec
Adversa posuere pedem gratantia ripa?

Miraculus
Eliæ te-
poribus
edita.

Commemoremne alios divino numine vates?
Thesbiten pluvias precibus tenuisse? nec imbrì
Descendisse Jovem, virides maduisse nec herbas?
Tertia dum fugeret volvendis mensibus æstas?
Huic nō farra cadq; vidua, tenuēne Minervam,
Amphora, non victū esuriens Sarrepta negavit.
Ille satum vidua, cui mors seduxerat artus
Frigida tabentes anima, quem merserat Orco:
Non medicis revocatum herbis, ad lumina vitæ
Surgere, sed precibus, cœliq; venire sub auras:
Perfectis jussit votis, & corpore inhaerens.

Miraculus
Christi

Longū erat hinc alios verbis percurrere Vates:
Ipse Jovæ genitus, Jovæ genitoris imago,
Perpes Amor, terras dum lustrat, lumine nostro,
Mortales membrorum artus, mortalia membra
Mortalesq; ferens aspectus: omnium e genus.
Nulla pererratis posuit vestigia terris:

Quin

Quin miris spectanda modis miracula rerum
Ediderit: caelo, & terra pelagoq; stupente.

Ipse suis vidit radijs Hyperione natus
Attonitus, terrasq; ingratas lumine laevo
Aspiciens voluit densis damnare tenebris
Noctis, & aeterna caligine mergere mundum.

I licet affecto fugerunt corpore morbi,
Languor ijt, rediere noua per pristina vires
Non aliter quam sauit agris cum Sirius ardor,
Palescunt herba, & vitis tenera aret in ulmo:
Arborea flauentq; coma, sitit arida tellus.
At simul aethereis rumpat se nubibus imber,
Continuo color, atq; vigor redit, ipsaq; tellus
Attollitq; comas, & nequit tempora fertis.

Sanatio
nes mor-
borum.

Haud secus, haec fuerat cui luce, lumine adempto
Non oculis unquam, leta non fronte tueri:
Maestorumque super vultus, atq; ora parentum:
Focunda fruitur gaudens hic lumina auram.

Qui pedes haud quoque gradiens vestigia torsit
Naturam renuente modum: qui claudus utroque
Vile premit, iam multa jacens per lustra, grabatum,
Exilit, & gemina figit vestigia planta.
Aut humeris etiam attollens fert fulcra grabati.

Restitutio
caecorum,
claudorum.

mutorum,
surdum,
leproso-
rum.

Copia cui fandi non ulla est, nec sonus aures
Aut capit, aut animum penetrat vox missa per
Aure sonos captat, rumpit de pectore vocē. (auras
Mutis ille loqui, surdis audire paravit:
Immunda toties tollens contagia lepra.

Eiectio
Diabolo-
rum.

Sed majora Dei sunt argumenta latentis
Mortali sub carne: nigri nigra agmina Ditis
Pellere, & ejectos placita de sede profundo
Mergere, nil contra, tantis nil viribus ausos
Lucifugas: Erebi sedes & regna silentum,
Imperio qui sorte premunt, Orcumq;, Stygemq;
Tartareū Phlegethōta, imisq;, Acherōta sub ātris.

Resusci-
tatio mor-
tuorum.

Quid? quos supremo cum lumine vita reliquit:
Ereptos tumbis ad lumina surgere vita?
Sidera ad aethera, & superas venisse sub auras?
Quin etiā lux quarta atro quos clauserat antro
Informes tabo, putrefactis ossibus, urna
Jam fluida, & dulcem molitis vermibus escam?
O decus ò nostrum, mortis, vitæq;, potestas
Te penes: athereas fugiens qua vita per auras
Errabat, superūm repetens jam libera vinculis
Limina: post actos tot soles celsa relinquens
Astra redit, sedemq;, tenet reuoluta priorem.

Sed

Sed quis cuncta sequi valeat miracula Christi?
 Et duodena, super, quam turba exercuit omnem
 Permissu Jovæ & Nati divinitus artem?
 His igitur rerum miraculis, ominibusq;
 Ostentisq; deum & cœlesti numine Jovæ
 Facta fides: totumq; simul vulgata per orbem est,
 Quam prisca vates olim, dum vita manebat,
 Ostendere viam ad superos, iter omne salutis,
 Noticiaq; Dei, vitæ præcepta salubris:
 Unigena, quam doctrinam gens emta cruore
 Inculcans templisq; Jovæ, ludisq; sonaret:
 Esse ratam, Stygij contra fera fata tyranni,
 Contra hominū illicitas generis, fraudesq; dolosq;
 Ut non illa loco, non fixa sede movenda:
 Non turbanda metu, non sit prodenda periclis.
 Supremam ni quis nolit sperare salutem.

Miracu-
 la per A-
 postolos
 edita.

Usus præ-
 cipuus
 miraculo-
 rum.

Postera quæ studijs ætas ignobilis oci.
 Florens, cunq; dedit, superasq; emisit in oras.
 Seu Graio sermone volumina, sive Latino:
 Omnia sunt animis voluenda volentibus ultrò
 Si sint sacrorum scriptis concordia vatum:
 Si Christi unigenæ, si bis senūmq; virorum.

Scripta
 humana
 omnia ex-
 agenda ad
 normam
 scripto-
 rum Pro-
 phetico-
 rum & A-
 postolico-
 rum.

In partem quòd si deflectens abstulit error,
 A U E R O abluens: rapuitq; per avia currum



Orbita, nec cursum tenuit vento aëta carina:
Tum verò, tum tempus erit dare lintea retro,
Effugere horrentes scopulos, mergentia saxa
Nauis fragū in pelago, variarū & monstra fera-
In breuia, & Syrtes errorum. Nulla facultas (rū:
Vnde referre pedem, & vento dare vela secundo,

Laudatio
scriptorū
Philippi
à congru-
entia, cum
sacrarum
literarum
norma.

At quæ scripta dedit, quæ sacra volumina no-
Ille animi egregius fortunatusq; laborum, (ster
Ille sacer vates & Ioua digna locutus:
Ingenij quæ reliquit monumenta Melanchthon.
Omnia carminibus (quæ Iouæ nomine Vates,
Pectora plena Deo, tenues cecinere sub auras)
Commoda sunt atq; apta magis, tum cōgrua sen-
Nec quicq; abluunt, nec quenq; deuius error (su.
In præceptis rapit, aut cursum detorquet eundo.

Non UERO, non sunt ea dissentanea dictis
Bis senum quæ turba dedit sacrata virorum:
Christi quæ quondam pendens dictantis ab ore
Hausit & hinc vacuū tetulit iussa ire per orbem.
Conueniunt Christi mādatis, plurima fando
Quæ dedit ipse canens, hominū (dū vita manebat)
Voce vocans genus, & cæli super aurea tendens
Lumina, mōstravitq; viam, & patefecit Olympū.
Nec quisq; qui se jactavit vulnere tanto,

Tela

Tela inimica gerens in magnifata Philippi.
Ausus qui bello petere, & vim ferre sepulcro:
Quamvis hostis atrox, nostris contraria dictis
Aut tulit, aut si forte tulit, firmare docendo
Aut fecisse fidem potuit, vimq; affore verbis.

Testis magne mihi post tristia fata Lutere
Testis eris, Cilicis qui Paulli proxima dictis
Esse canens, docti dederat qua cura Philippi
Laudabas, caeloq; aequans magno ore ferebas.

Lutheri
de Philippi
po pracla-
rum elo-
gium.

At non illa cohors, qua te didicisse magistro
Dive Lutere, tuum qua jactans improba nomen
Exultat primam ante aciem, belloq; laceffit:
At non illa sequens tua per vestigia, faedos
Ausus pedes ponit: non lustrat lumine dextro
Dicta dabas quondam qua tu, tanto ore Philippum
Sidera ad alta vehens, ingenti laude Philippum:
Proxima quaq; dedit Cilici monumenta Philippo.
Proinde neget seu te, qua fert didicisse magistro
Indecor, aspra cohors: seu, te dictante magistro,
Scripta sinat magni, curamq; decusq; Philippi:
Nusquam salvificis a scriptis (numine Vates,
Pectora seu pleni dederint, bis sena virorum
Seu pia turba, suo seu Christus fuderit ore)
Dissensu vario superas se egisse sub auras.

Philippo-
mastyges
pseudo Lu-
therani, no-
modo in
Philippum
sed etiam
in Luthe-
rum ipsum,
atq; adeo
in Christum,
quem ille
docet, con-
tumeliosi.

Certe

Certè equidè nec vana fides, prius illa Luteri
(Tantus enim furor) insigni qua laude per orbè
Ipsa vehit, rapidis aboleverit omnia flammis
Scripta urēs: quā UERA viri sinat esse professa,
Fatidico quis ille canens tulit ore Philippum.

Ergo inimica cohors, qua nūc post fata Philippi
Stringens incineres dentem fremis ore cruento:
Quo te namq; loco, qua te statione locabo?
Castra petis, qua pra te fers, & signa Luteri
Tollis agens: sed non animos, non arma Luteri
Conspicor: hoc saltem praetexis nomine culpam.

Impuro rodis monumēt a Melanchthonis ore,
Extorresq; facis de sacro limine libros
Atq; domo Jovis: qui sunt sacro ore Luteri
Laudati, qui sunt eadem sacrisq; locuti
Vatibus & bissena tulit qua turba sub auras.
Qui Christi exponūt, qua sit benè certa voluntas.

Ergo etiā Christo malefida, atq; improba tur-
batib. & sacris, & jussis ferre per orbem (ba es,
Quia sol Oceano surgit, qua mergitur undis:
Testariq; Iovæ natum patre, sanguine fuso.
Hac furor, hac odium, flammati pectoris aestus
Indomiti hac egere: lues hac crimina: multo
Igne lues: rapidi, dolor ò, Phlegethontis in unda

Ni reuo-

Ni revocare pedem, pelago ni vertere retro
Vela paras, portuq₃ volans te condis amico.

Verum scita viri tanti, & praclara reperta
Diuinis ceu scripturis sunt proxima, Datum
Proxima carminibus: Cilicis tū proxima dictis.
Inspirata Deo qua sunt, firmataq₃ rerum
Ostentis, tūm miraculis qua diximus, ante:
Sic adeo sanctis patribus, normaq₃ loquendi,
Arbitrioq₃ sacer quis tūm grex usus ad aras,
Conueniunt, sensumq₃ ferūt, & verba loquentū.

Alter
scriptoris
Philippi
commen-
datio ab i-
mitatione
scriptoris
veterum,
qui ortho-
doxi habē-
tur in Ec-
clesia.

Qualis aqua paruo qui currens flumine rivus
Sive amnis, vitreis per terras labitur undis:
Inde trahit, sese, flavum, quò velet, amictum
Terrai flumio per aquas referente colorem.
Aut etiam qua sunt auri ramenta sub undis
Voluit, & auriferis vicinos ditat arenis
Agricolas, populosq₃ beatas & super urbes.
Talis agens sese, per docta volumina Graiūmq₃
Ausonidūmq₃ virūm (qui Jova sacra professi
Erudiere alios, terroremq₃ inter, & arma
Digna dedere Jova) contēt a mente Melanchthō:
Ingenium traxit sermonibus inde colorem:

Namq₃ videbat uti, qui morē vertere fandi,
Aut mutare viri vocemq₃ sonumq₃ suēssent:

D

Sermo-

Mutatio
phrasium
parit mu-
tationem
rerum.

Sermonem patrum (quo Christi sanguine, ab omni:
Crimine lota cohors, u sa cōt) tenuisse negassent:
Hos etiam sensus inflectens: nec sacra rebus
Versantes quæ sit potior sententia, scire.
Qui solito nunquam veterum de more locutus
Mollius: haud rebus quæ sit sententia tantis
Expedit, nunquam dubijs pote vincere verbis.
Scilicet angustis atque addere rebus honorem.

Ergo acuit dictis hortans ne cardine tanto
Cessaret rerum pubes, neu pectore signi
Victa manus daret: At celeri velut incita cursu
Formaret mentē haud dubijs, linguamq; loquelis.
Ipse præit ceu verba, sonos atq; aure probatos
Ausonia, prædam sibi part am haud numine lævo
Explicat, & veris animos, atq; implet amore.

Hinc adeo facili decurrit tramite sermo.
Non aliter quam dulcis aqua per gramina riuus
Sive petens æquor per prata virentia cursu,
Vicina seu quæ ripa majora fluentia
In mare se condunt: Non illum saxa morantur
Objectu moles non ulla, haud aspera vallis:
Non illisa vadis saxosis murmurat unda.
Sed tacitum molitur iter, non parcus aquai
Purior electro, gratus mortalibus amnis.

Tali

Tali sacra canit gaudēs sermone Melanchthō.
 Sape optans, cœloq; manus cum lumine tendens: Votum &
 Relligione patrum veteri, ut qui sacra sonarent exhortati-
 Scita Dei, & Jovæ quænam sententia, quæ mens, ones Phi-
 Sive scholas teneras, seu publica templa docerent lippide for-
 Hunc proprium Jovæq; darent, Natoq; laborem ma certa
 Hanc operam: ne diversis sacra mystica verbis, doctrina
 Nec varij linguis ipsi neve ore referrent. & sermo-
 Isdem, sed verbis pote si qua, iisdemq; figuris nis retinē-
 Aut rudib; quæ verba notat, primisq; elementis. da in Ec-
clesia.

Hortatus pubē imprimis sua signa secutam
 Militia: unum illud moniti, præq; omnibus unum
 Servate: & matris, quæ sit cognoscite linguam,
 Mater nosq; sonos imitati, verba, loquelas
 Fundite consuetos maternis auribus orsus.

Ceu qui tenta sinu ludens trahit ubera matris Ecclesia
 Paulatim & blandas voces, & verba loquentis matris
 Aure bibit tenerosq; jocos, tenerosq; susurros sermo re-
 Sape puer roseis matris resupinus in ulnis tinendus.
 Arridens improvisas balbo ore loquelas
 Exprimit, atq; incerta sono titubatq; verba
 Infirmitus sonat, os genitrix olli ore figurat,
 Non aliter vos maternas expromite voces.

Sed matrem, quæ sit, paucis advertite dicam

*Illa cohors Jovæ sacra, quam pater omnibus oris
Egregiam lustravit agens, verboq; sacrauit:
Æterna ut cœli tandem statione fruatur.
Illa cohors Graijs, quæ nunc Ecclesia fertur,
Illa parens: hujus nobis effingere linguam,
Hujus sensa animi certis exponere verbis
Discite: salvifico de Verbo ubi docta vicissim,
Orsa referre jubet, vestra & sacra voce moneri
Agmina, sancta Jovæ magni suprema voluntas.
Agmina, seu templis & celso limine diuûm
Conueniant: fama seu clara Lyceæ frequentent,
Ingenio, & genere, & studio lata agmina pubis.*

*Non aliter VERVM vobis, immobile VE-
Persistet, sedemq; sibi leget omnibus oris (RVM
Qua diuersa patet latis Germania campis:
Illud idẽ quàm si VERVM, haud mutabile VE-
Vna eadẽq; ferat tenues elemẽta sub auras (rum
Vna eademq; notent rudibus elementa lituris,
Vna eademq; sonet vulgi vox missa per auras
Incumbens studio, non discors formula fandi
Turbet agens animos ire in diuersa paratos.*

*Studium
Philippi
in confer-
riandis
phrasibus
receptis in*

*Dixit, & hæc imo cura olli fixa manebat
Pectore: quæ noctes illum, solesq; fatigat.
Ergo iter ingressus summa contendit opum vi*

Vt qua-

Vt quaecunq; forent res, qua tum cunq; salutis puriori Ec-
clesia.
Prima rudimenta, & Jova testantia mentem:
Effugiens nebulas verborum & nubila densa
Poneret in clara spectanda hac omnia luce.
Grajugenium effingensq; sonos, moremq; loquēdi
Avertit praedam, & Latio donavit amicus
Exuvias, & opes, spolia & sudore parata.
Exornans Latium non natus gente Latina.

Nec dextra audenti deus absuit. Illa rapinis
Exostas dum portat opes, intusq; recondit
Thesauris servans versam ad sua limina praeda:
Lumine dum lustrat: geminos per singula voluēs
Ardentes oculorum orbes, aptatq; legitq;
Ordine quaq; suo. Jova haud aversa voluntas
Annuit, auspicijsq; dedit felicibus uti.
Hic facile haud dictu, facilis quā copia fādi (tro.
Largaq; quāt a viro data, quā data numine dex

Aetas haud ulla est, ter magni ab origine mū- Tertia cō-
mendatio
scriptorū
Philippā
a genere
sermonis
proprio &
perspicuo.
Jussa Iovae (quīs ille hominū genus, ubere gleba (di.
Eductum voluit regnatam ducere vitam)
Exponens tenera quae pube, hoc more loquendi
Tam facili, & plano, tam doctis exque pedito
Vulgarit verbis totum studiosa per orbem.

Aspice & intentos oculos fer singula circum,
D 3 volue

Volue manu seu graia volumina, siue latina
Volue Ebraea super, seu si qua praeterea sunt
Egregia superum gentis monumenta per auum.
Non majus, meliusue dedit sub lumina Solis
Pectora plena Deo gens, quam sunt numine Jovae
Teutonia ingentes quaedam monumenta per oras
Inprimis priscos quae sic referentia Vates
Condidit, & facili dictavit mente Melanchthon.

O ingens superum munus, solennia dona.

Sponsa sub amplexus, magna comitata caterua
Christe tuos ventura olim caelestibus oris:

Cum tuba terribilem cantum procul ere canoro
Aethera per liquidum dabit, alipedumque ministrum
Excibit mensas ad Divum buccina manes.

Sponsa innupta, decus, primo flore puella.

Nec matura viro, nec plenis nubilis annis.

Sponsa tibi nostris pubescens Teutonibus oris.

Illa adeo pote non alio meliore paratu

Ornari sponso, & teneris adolescere ab annis:

Quam tali teneras sermone sonante per aures

Munera magna Jovae: missum caelestibus oris

Unigenam sponsum: superato qui procul Orco,

Et saevo, cui membra rigent jam frigida, letho,

Culpam etiam, qua primigena periit parentes.

Hostibus

Utilitas
ad Eccle-
siam, &
scholas re-
diens ex
facilitate
methodi
& oratio-
nis perspi-
cuitate
Philippi-
ca.

Hostib. indomitis :ducens super alta triumphum
Sidera, coelituum regniq₃. in parte locaret
Evectam secū ad superos supra aethera sponsam.

Sedibus aethereis Sophie olim missa per auras :
Mortales tanto, in latebris & carcere caeco
AEgram animi, & tacitis confectā pectora curis
Tempore quam rigidi servarunt omnibus oris:
Illa etiam vacuas Ioua solvente, sub auras
Libera jam vinculis emissa, & compede fracta:
Dum caput è tenebris tollit, dum lumina tergit
Terribili squalore tuens, sordesq₃, situmq₃
Exiit, atq₃ virūm surgens parat ire sub ora:
Non potuit meliore frui, non munere Iouae
Donari majore ullo: quā pectora fandi
Si sic docta forent: talis facundia prodens
Sensa Iouae caneret: quae non obscura, nec ullis
Pressa sub involucris, vix dum puerilibus annis
Vel puer arripiens: nedum tardante senecta
Aut annis grauis haec memori sub pectore ferret
Sensibus, ut par est non parua, reponeret imis.

Quid memorē alueolos Musarū, & docta Lycaea?
Num potuere alia Ioua donante iuuari? (uæue
Sive ope, seu studio: quā Musarumue, Miner-
Et Sophia (quam sic graiūm dixere magistri)

Prima:

Prima rudimenta, & primi mortalibus orsus?
Ut tenui, & docta simul, & ratione diserta,
Atq; via facili juxta, tum luce serena
Illustres? folijs mandati, interprete lingua
Et teneras irent puerorum voce per aures?

Salve magne parens, fandi doctissime salve.

Genus di-
cedi Phi-
lippicum
humile:
sed purū,
lucidum,
propriū.

Non tibi verba niuis ritu, volitantia verba:
Nestora ceu quondā eloquio per Graja tonātem
Agmina, Mæonius cantavit carmine Vates:
Illimis verū in morem, placideq; fluentis
Amnis eunt: vitrea qui serpens lucidus undā
Ostentat flauas fundo quas voluit arenas:
Seu lapides, truncosue, virentes seu super herbas.
Non aliter fluidus liquor, & qua flumina lingua
Fundit agens tua, res pandens, rerumq; figuras
Obductas nulla caligine, non super ullo
Informes limoie, ulua glaucasue palustri.

Nec quisq; nostra est hac tempestate repert:
Morem qui fandi, facilesq; Melanchthonis ors:
Et nitidas sine nube operas, & aperta serena
Verborum, & lumen penetrabile, textaq; pura,
Lucentesq; artus membrorū, habitusq; colorēq;
Extuderit, gressusq; effinxerit, oraq; euntis.

Nec cuiq; cælo lumen diffulsit aperto

Tam

Tam clarum, tam clara polo radiavit aperto
Tempestat: lucem qua rebus lucida ferret
Irradians, & cuncta nouo splendore retexens.

Humida ceu magni fugiens cum vertice Olympi
Nox ruit, Oceano & Titan sua lumina tollit:
Continuo rebus color additur, alta patefcunt
Culmina, veliuolum pelagus, terraq; jacentes.
Non aliter rebus, quas velle pandere fando:
• Addidit & lucem verbis, pinxitq; colore
Illustrans, posuitq; ferens velut aethere puro,
Omnia perfundens diuorum neētare dulci
Ambrosiaq; animi praecleara reperta Melāchthō.

Nec tamē euadens opulentam auertere praedam
Littoribus properat diuersis, rara per artem
Nomina transportans, aliarum insignia rerum
Aptat habendo alijs, alieno aut lumine vestit.
Sed proprijs pandens verbis res nomine signat
Quasq; suo, proprios addens cultusq; decusq;
Sacra peregrina pingens ferrugine nunq;
Nunq; iusta putans longē accersita per artem
Et spolia, & decora, & verborum mille figuras.

Proinde man9, Christi ad superos sacra signa
Alipedū gregibus qua cura, robor a pubis (secuta
E Lecta

Epilogus
repetes ar-
gumenta
commen-

ditionis
scriptorū
Philippi.

- Leeta super: monumenta Melanchthonis, aurea
Assidua versate manu, versate diurna (scripta
Nocturna versate manu: Sunt omnia quando*
1. *• Aptata ad superi diuina oracula Ioue:*
 2. *Ad genus antiquum fandi, quo prisca Quiritum
Christigenum, (in coetu exponēs praeclara parētis
Iussa Ioue, superum patris quae certa voluntas,
• Alloquitur gens pendentes narrantis ab ore
Christicolas circum haud inter lucente corona.*
 3. *Sunt quando tenui, & facili contexta Minerva,
Nec tenebrae infuscent verborum, nubilaeq; atra
Et nebulae & caligo super: quin mollia fatu
Lux roseis circum radijs se plurima fundens
Aera dimouit tenebrosam, & dispulit umbras.*

Philippus
scripta sua
semper sub
iecit pijs
doctis, &
cādidē iu-
dicanti-
in Ecclesia.

*Quin etiam rubra effuso de sanguine Christi
Concretam exemit cui labem mista cruore
Vnda fluens lateris, & hians in pectore vulnus:
Quaesitor voluit grex esset crimina discens.
Nec verò sine sorte suos, sine iudice libros
Dignatus sese vitales ferre sub auras:
Indicium sanctis permittens omnibus oris
Invidia sine, liuentis tum pectoris astu.
Non autem quis seua urit praecordia liuor
Obliquis urgens stimulus, atq; impete vasto.*

Idq;

Idq₂ adeò quò nota foret mens, nota voluntas
Ingenio super, haud animis elata superbis.
Muneribus super, atq₃ opibus, censuq₃, bonoq₃.

O spes fallaces, ò & fallacia vota:

Nescia mens hominū. Ruit ecce procacibus astris

Gens effrena virūm tenues producta sub auras.

Gens inimica Deo: gens versis concita fatis.

Non ea Christigenūm è numero, quīs pectore sedit

Verus amor superūm: non pars, rubicunda secuta

Agmina militia Christi, sancta agmina Christo.

Pectora sed diro jam tum suffusa veneno

Vipereo Eumenidum colubris de more solutis,

Falsa animos linguis & cor depasta trifulcis.

Hæc urnam mouet & mentem furiosa nefandã

• Arripit arrodens dictis, & dente fatigat

• Anguineo, seuis & morsibus aggerat iras.

Haud secus ac nidos circum, si quando minaces

Præferiens stimulos exciuit pastor, & agmen.

Ira modum supra est crabronibus, usq₃ venenum

Morsibus inspirant, vitamq₃ in vulnere ponunt:

Talibus exarsit furijs gens impia, tali

Percita, non ullis hominum ledentibus, æstro:

In dulcem rerum dudum, vitæq₃ magistrum

Irruit, inspirans morsu non lasa venenum.

Querela
de moliti-
onibusini-
quissimis
factionis
Illiricae

na.

Si pote tristem etiam positura in vulnere vitã.
O furor & nullis audita insania seclis.
Hoc erat illud (opis non indiga turba magistri,
Indiga verò etiam, meritos cui ferret honores).
Pro vita, quod pro meritis, pro Pallade docta
Pro cultu ingenij, proq; hac mercede reponunt?

At tu Pieridum pubes quæ signa secuta es:
Desine, tanta animis assuescere desine bella.
Tunc aciem vibrans vertas in viscera patris
Tu caput, & vitam, tu cujus ab ore magistri
Vivendi morem rectè, certamq; salutem
Hausisti, tu fraude petas, tu crimine turpes?

Quñ prius ima, precare Iouam, tibi terra dehiscat
Sub pedibus, tanta quàm fædes pectora culpã.

Matthias Flacius Illyricus author nouæ sectæ & errorum notorum. Teutonia primum hoc oris est Vandalus ausus,
Innocuaq; ferus gentis pote vertere mores.
Ille adeo primus tristi cui buccina cantu
Classica per terras sonuit, per templa deorum.
Vnde sacri sunt tanta super certamina belli.

Quē superum rector damnauit crimine tanto.
Quando animi præceptis errorem pandere nullū,
Insimulans magnum, contra jus fasq; Philippū
Artis inops potuit: maculare aut crimine nomē.

Autor

Autor ut audendi, scelerumq; hortator inaudax
Ad culpam causam daret: Et sub lumina ferret
Infandas Veterum noxas: revo caret ab Oris
Falsorum recoquens crudelia somnia satum

Nam veluti Christum qui prodiit, ater Judas
Dum crepat, Et medio rumpitur viscera ventre:
Diffundit late insuavem jaculatus odorem,
Dissultu, Et tenuem incestat fœtoribus auram:
Ipse gulam laqueo fractus deforme cadauer:

Haud aliter pendēs animi, atq; in utruq; para-
Crimine seu falli, seu fallere crimine multo. (tus
Dum petit insultans, Et libros dente laceffit,
Ora sui impuro conspurcans ore magistri
Vandalus, in diversa crepat deliria demens.
Infernis retrahens à sedibus usq; sepulta
Crimina: Et Eumenidū tristes per templa furores
Vocesq; fremitusq;, atq;, illat abile murmur.

Atq; ea Cerbereis multū perfusa venenis
Spargit agens purā inficiens ceu nubibus æthrā.
Æthram, qua claro circum sacra lumine vestit
Limina, quo fruitur Jovæ gens, illa sereno,
Effuso tendens ad Christi vulnera cursu.

At spectator ego vitrea ad tua Lene fluentia
Obstupui, Et tacitum pressi sub corde dolorem:

Cum vidi laxis rabiem hanc decurrere habenis
Vandalicam, effusosq; super per Teutonis oras
Indugredi cursu, & victis cervicibus altè
Impresso niti pede, vincla & tendere victis.

Peccatū
Flacius
dicit esse
substanti-
am homi-
nis.

Mordaces tamen hoc tristi sub pectore curas
Solabar: quod sando olim vix venit ad aures
Et venit tamen: ESTE hominis formāq; figurāq;
Erratum, & tristi commissa piacula lapsu
Primigena, vitæ socia suademus putandum.
(Ceu cecinit diro vacuas stridore per auras
Vandalus, infustum miseris mortalibus omen)
Illud idem, quod sic cecinit sine more, modoq;
Morte obita aut secum obscuro servare sepulchro
Peccatum injecta terra: Aut documenta dedisse,
Quali mente Jovæ tractaret sacra verenda,
Sacrorum qualis templiq; aræq; minister.

Nam ceu nulla volat cælo incomitata sereno
Sub terras hyemem cum Ver detrusit, hirundo.
Plures sed vacuo ludunt procul aere, plures
Porticibus longis volitant, aut humida circum
Stagna sonant. Similis polluto Vandalus ore
Non unam evomuit pestem, qua sacra periret
Cara Jovæ pubes, & Christi scita professa.
Plura horrens fremitu, & diris stridoribus hydra
Con-

Contenta cervice tenens capita arrigit, alto
Attollens cælo, & cristas sub nubila condit.
Pœna fuit, pœna illa fuit, post fata magistri,
Lasi etiam & tumuli, super effossiꝫ sepulchri.
Pœna fuit, multis repleſſe erroribus orbem:
Nequicq̃ magnū errorum inſimulaſſe Philippū.
Sic adeo Jovis fatorum maximus ordo,
Sic habet, & ſummi ſententia certa Tonantis:
Commisſis commiſſa luunt, & crimine culpas
Expendunt ſclerum, ſclerata crimina pœna.

Quod ſi peccatū ESSE hominis, quis condidit
Eſſe dedit quis? nec patrē fas dicere Jovā. (autor
Arbor, an Eva manꝫ tua? numne volumina cauda
Serpentis? celſum circum voluentia truncum.)

Refutatio
monſtroſe
dogmatis,
de pecca-
to ſubſtan-
tiali.

At non ille ſator rerum, non conditor alter:
Unus enim ſator, unus opis non indigus, unus
Mundi opifex, cœli, terraꝫ, marisꝫ creator,
Et liquidi ſimul ignis, inanis & ætheris aura.
Hic quicquid vitā trahit, omne ſub aquoris undis
Sqamigerū genꝫ, & pecudum, vitasꝫ, volantum
Stellatos axes ſuperūm, aligerūmqꝫ cohortes
Flammantes juvenum, cœli, Jovisꝫ miniſtros
Extudit, effingensꝫ manu ſuperūm axe locavit.

Diuer-

Diversosq; loco, furuos Phlegethonte sub imo
Luci fugum manipulos fratrum: qui lumine cœli
Lapsi inopes animi, Stygis optaverunt tenebras
Unigenam clara quàm cœli luce tueri.

Sparsum fuso madefactos sanguine truncos
Lustratum genus ut nostrum cœli adderet oris.

Felices memorem malos, herbasq; virentes?

Enodes truncos, cœlo capita alta ferentes

Silvarum, fruticumq; genus, floresq; rosasq;

Vitigenum laticem, & varijs aviaria baccis?

Et quis cuncta sequi valeat memorando per orbem?

Cuncta pater, rerum genitor sub luminis oras

Edidit: haud tanto Ditem dignatus honore,

Conderet ut vitij sator, & turpe ESSE crearet.

Ipsè mali non autor inops mortalibus agris,

Primigenis vetita ut carptos ex arbore fœtus

Infauisto premerent noxam sub dente tredientem,

Suasor erat serpens: nec morsu vivere capit:

Sed defecta suis mox viribus, impia sensit

Sublapsum tacitè virus furiale per artus

Eua parens: sensimq; oculos sublata decoros

Et nudam sese, & tanto de culmine lapsam

Sensit idem pater aruigena. Hinc Natura secuta

Lethum pro vita tulit, & pro luce tenebras,

Hoc

Hoc est esse hominum tandem: hoc pietatis et artis
Argumentum ingens: hac unco cauda Draconis
(Horrendum dictu) qua sidera cuncta trahendo
In præceptis glomerans rapit: haud vim viribus exit
Astrigerum cælum: sed raptu lumine cassum
Obscuris circum nigrescit cuncta tenebris.

At non illa phalanx, quæ militat omnibus oris
Christe tibi Deus, et sequitur tua signa per orbem,
Purpureo et gradiens tendit super astra colore.
Illa phalanx non monstra capit, non talia monstra
Qualia fudit agens in lucem Vandalus, atre
Qui massam picis Illyrica procul urbe reportat.
Sed magni studio condens monumenta Philippi
Et legit, et meritos celebrans indicit honores,

Namque volans rubra Jovis sacer ignis ab æthera,
Paulatim tacito lapsus sub pectore vixit
Acres et vertit stimulos, Deus ille magister
Intus agens, intusque docens vis ætheris alti.

Philippus
organum
Spiritus
Sancti.

Ac velut extentis pendentes brachia ramis
Felices silvas, quæ se super æthera tollunt:
Ignorat pubes agrestis, nomina nescit.
Ast ubi pendentes ad terram plena vicissim
Poma trahunt ramos, tangunt radice flagella.
Quales haud pendens animi, nec nescia pubes

F

Predi.

Prædicat, & suaves studio petit arbore fructus.
Haud aliter quæ vis paruos infusa per artus,
Spiritus & quis agat, feruentia pectora flamma,
Signa dedit, tantis pridem virtutibus aucta,
Labis egens, turpis sine crimine, Vita Philippi:
Scripta q̄, quæ sanctus dictavit pectoris ardor.
Testis diue mihi, testis tutu ætheris alti
Incola: dum terris tibi vita Lutere manebat,
Agnosens, tacito & tecum sub corde volutans
Dona viri, celsiq̄, sacros pater ætheris haustus:
Talia rumpebas diuino pectore verba.

Præclarū
elogiū Lu-
theri de
Philippo.

Qua Sol Oceano surgit, quaq̄, occidit undis
Purpureaq̄, ruens qua cælum luce colorat:
Mortales inter cunctos, quos lumine lustrat
Aspiciens: nusq̄ vidit quem plura bearent
Dona virum Jovæ, & magni indulgentia cœli.
Plura forent superum cui munera, pectoris artes
Egregia, atq̄, animi dotes, majora Philippo
Commoda virtutesq̄, super, vis Dædala fandi
In varias sese componens mille figuras.
Et quæ nulla queat vox commemorare per orbē.
Sic ait: at superum vati, sic magna locuto
Credite: qui magni titulos, nomenq̄, Lutheri
Et geritis, vestrisq̄, adeo prætexitis ausis.

Namq̄

Namq; ea dona viro, virtutem in pectore tantã
Joua parens dedit, & vires super addidit, & se
Demittens agit atq; & magno corpore miscet.

Ergo qua Joua quondam dictante Melanchthon
In vulgus dedit, & folijs descripta peregit:

Tantarum superant qua sacra volumina rerum:

Ergo ea de manibus memori de pectore nostro

Lapsa procul vis ulla feret? Vis ulla cohorti

Christicolum eripiet? met 9 aut memori eximet suo

Non ita: namq; etsi furia est, qua pectore toto

Incumbens, magnos odijs infensa Philippo,

Et faciem mutata, atrox abolere nefandi

Cuncta viri monumenta jubet, jã facta sacerdos

Non ea vis animo tamen, ut docuisse vel Orcus,

Vel Dis ipse pater: nedum infernalis Erinnyis

Vlla queat (non Alecto, non dira Megara

Tisiphoneq; odijs superans & cade sorores)

Ingenio qua docta dedit monumenta Melanchthõ

Excuperans animis, & latus munere tanto:

Auxilio perfecta Joua, haud sine numine Joua.

Instaurata canens veterum præclara reperta.

Christe deo, tu Nate deo, tu namq; canebas

Bissena præcepta dares cum patria turba,

Agnosci è fructu ramos ultro arboris alta.

Scripta
Philippi
propter ca-
lumnias
Philippo
masygum
nequaquam
deponenda
de mani-
bus.

Arbor bo-
na ex fru-
tibus bo-
nis agnos-
citur.

Siluestres pote nec stirpes, siluestria necdum
 Virgulta, eximios fœtus dare, mitia poma.
 Nam sapor indicium faceret manifestus, & ora
 Tristia mandentum sensu torqueret amaror.
 At scrobibus mandet si quis mutat a subactis
 Siluestrem exuerint animum: cultuq; frequenti
 In quascunq; voces artes, haud tarda secuta
 Fructus lata dabunt, suaves mollita sapes.
 Christe Deus Jona sate, nostra caussa salutis
 Virgine Christe idē quondam sate, maxima rerū
 Verborumq; fides tibi, latis fructibus ergo
 Et suavi, longē exhalans quem fudit, odore
 Flos veterum, virtusq; virū, qui candidus atra
 Emicuit cœlo surgens tellure Melanchthon:
 Ostendit quæ vis intus, quis pectoris æstus
 Ferueret & fructus daret, & se carcere cæco
 Solueret, ac tenues se tollens iret in auras.

Sinceritas
 Philippi
 aliena ab
 illis vitis,
 quibus pla
 rig; alii ad
 scribendū
 accedunt.

Non illum quoties calamos, & scrinia poscens
 Scriberet, & doctas voluens sub pectore curas
 Illineret chartis diu dictata magistri:
 Non illum circum tenues sine corpore vitæ,
 Non umbra lucem exosa, haud innoxia umbra:
 Quales circum alios volitant infraq; supraq;
 Torta comas, manicasq; tumēs, cui vincula circū

Colla

Colla horrent, peploq₃ humeros labente flagellant:
Palliolum cui vix operit muliebria balthei
Cingula, prefixo argento qua fibula nectit.
Bulla nitet pellucidulo circumdata lino:
Externos populūm mentita S V P E R B I A vultus,
Externosq₃ habitus, externos improba gestus.
Lumine captus AMOR, teneris & captus ocellis
Captus amore sui demens Amor? improba nescit
Crimina, non maculas videt, aut in pectore nauos
Ipse suos: plausuq₃ volat fremituq₃ secundo.
Nec gratum, carumue canit, nec laude vehendū
Extuderit nisi quod proprii vis pectoris alta.
Contemptor diuūm, prisca contemptor & artis,
Et decoris: sua sola tuens, sua sola volutans
Miratur, feriens sublimi vertice Olympum.
Et qua corde sitit tacito nomenq₃ decusq₃
AMBITIO & primos semper sibi poscit honores.
Atq₃ huic juncta comes gressu qua tendit eodem
INVIDIA: & quos illa sibi virtutibus auctos
Ante dolet ferri eximij: immanibus ardens
Hos odijs cupit extinctos, extrema secutos
Aut ferro, aut laqueo posuisse in limine vitam:
Omnes fontem animam per merces usq₃ dedisse
Talia monstra deūm infernūm, nutrita sub Orco

Crimina, tam diras facies, horrentia visa
Aspiciens nunquam se circum lumine vidit,
Dum canit, aut calamos acuit, ducitque lituras
Verba notans, nigra aut mergit lolligine pennam
Sensa sui condens animi, non improba sensa,
Sensa nihil Iouæ à sensu digressa Melanchthon
Sensa animum afflatum summo sistentia cælo,
Concilio in superum, celsi sapientia patris
Lucis inaccessæ radijs qua dia refulget,
Illustratque choros circum, et præcordia flamma.

Philippi
mansue-
suo.

Quin sese infundens rutilo lux plurima cælo
Alitis in parua speciem et collecta figuram.
Alitis innocua (non rostro, aut unguibus uncis
Quæ pugnax, sine felle domos et candida pennis
Tecta colit, volitansque agris sua pabula querit)
Argutat teneros ignes præcordia subter.
Succendens, motuque agitans incendia claro.

Ardor præ
cum et in
vocationis
Philippi.

Vnde ferens sese cælo ruit, illa animi Vis
Fervida, tum nubes super et cælestia tranat
Limina perumpens, sumtis super aethera pennis
Sidereosque orbes errare licentius ausa:
Cælestum victrix quæ voce PRECATIO fertur
Illa fouam precibus supplex votisque fatigat
Ut quæ docta manus signans germanide charta

Ex.

Exprimit, & superum vis alta condita mente
Suggerit intendens: Ea summi sacra parentis
Jussa sonent, totumq; canant vulgata per orbem.

Atq; Jovæ quanam melior sententia menti
Edoceant, quibus ille modis turbante tumultu
Servatum mortale genus, de faucibus Orci,
Et lethi informis raptum mucrone superbo
Sisteret & cæli referens in parte locaret.

Vnigena interpres, lethali vulnere, Jovæ
Insertans, tantoq; luens discrimine pœnas
Morte obita, & lateris perfossi sanguine fuso
Purgatum patrio reddens inferret Olympo.

Vt quæcunq; canat mortali spiritus ore
Sic canat, ut meriti Jovæ reddantur honores
Patriq; Gnatq; aurai & cœlitus igni.
Vt non illa suis queratur gloria rebus,
Gaudia non vitæ, nec fas: sed commoda genti
Christiadum sanctæ, cœliq; Quiritibus olim
Illa seges, magnum locupletet frugibus annum.

Talibus orabat, talesq; Precatio voces
Pectore rumpebat, lumenq; sub astra tenebat.

Ergo qua superum fandi dictante magistro
Ingenio bonus, & varia bonus arte Melanchtho
Et dedit, & volitare virum vulgata per ora

Exhorta-
tio ad a-
manda &
constanter
retinenda
scripta
Philippi.

Fusit

Jusſit agens, junxitq; preces, votisq; vocavit
 AEthereum regem, coeli, terraq; potentem,
 Accipiat pubes animis, & pectore toto,
 Omnis in hoc uno tenera ſtet cura juventa
 Ne manibus monumenta viri, neu pectore ſegni
 Labantur: non ulla metu vis tanta fatiget,
 Linqunt ut trepidi rerum, fractiq; dolore
 Illuſtres operas VERO, illuſtresq; labores,
 Et perfecta viri manuum monumenta piarum
 Non ſine ſupremi manifeſto numine Jovæ.

Compara-
 tio ſcripto-
 rum Phi-
 lippi cum
 Palladio.

Palladis armifona Troja fatalis imago
 Arce fuit ſumma: hanc fatiſ aggreſſus iniquis
 Tydides, ſed enim, ſclerumq; inuentor Vlyſſes
 Nocte ſuper media ſacrato auellere templo.
 Et fortuna fuit: caſis cuſtodibus arcis
 Corripuere ſacram effigiem, manibusq; cruentis
 Caſtrorum Diva ſtatuerè in limine vittas.
 Ex illo fluere, & retro ſublapſa referri
 Res Teucrum, frangi vires, auerſa dea mens
 Effigiem comitans, ferus omnia Juppiter Argos
 Transferre, & toruos oculos avertere Teucris.
 Vix poſitum caſtris ſimulacrũ, armataq; parua
 Palladis Effigies, galeaq; haſtaq; tremenda:
 Ecce Sinon, atq; ipſe doli fabricator Epeus,

Ecce

Ecce etiam ligno inclusi, compagibus alvi,
Scandūt, & muros Danai, & summa arce locātur
Tum verò omne simul visum considerare in ignes
Ilium, & ex imo verti Neptunia Troja.

Haud aliter magnimanū monumenta Philippi
Palladij instar habent. Si fandi fictor Vlysses
Aut patre Tydides melior, custodibus arcis
Exsuperent cæsis, diuina & Palladis istam
Effigiem eripiant, manuum monumenta Philippi.

Tum magnum exitiū (quod dij tamen omen in
Cōuertāt) Jovæ imperio, gregibusq; sacratis (ipso
Christigenū, fanisq; deūm, ludisq; futurum est,

At velut Italia Caesar digressus ab oris,
Quondam cui dederat felix constantia nomen,
Extulit: inq; foro facta scrobe, mœnia celsi
Byzanti qua structa jacent, qua Thracia servit
Indomitis superata lupis, & acynace Medo:
Palladium infodit: sedes ut certa maneret
Imperio, atq; fides oraculo firmior esset.

Sic adeo exoriare aliquis, sic pectore firmo
Et fidens animi, qui ducta volumina dextra
Sanctæ Philippe tua, penetrali sede recondens
Thesauris servet, custodesq; insuper addat.

Sic sacra Relligio, sic vultu immobile VERVM

G Per.

Perstiterit, non ulla fidem fortuna novabit.
Servabitq; locum Jovæ satus, ipsius atq;
Purpureo tendens sub signis sanguine sparsis
Sacra manus, cælo affectans iter, axe sereno
Cernat ubi non jam concretos sanguine crines
Christe tuos, non jam fædatos sanguine vultus.
Sed superum in medio circum stipante corona,
Candentemq; nivis ritu, radijsq; comantem,
Cœlicolas magna per limina voce vocantem:
Atq; Jovæ magni laudes cantusq; moventem,
Verum fixa tamen Solymo ut mucrone per artus
Non jam tabentes artus, vestigia servant,
Palmasq; plantasq; patens & pectore vulnus.
Extremo namq; æra die resonantia cantu
Excibunt imis manes, cum animasq; sepulcris,
Cœlestisq; tubæ celfo ibit clangor Olympo,
Tanarias Erebi sedes penetrabit & imas:
Ecce Jovæ satus, exuvias & virginis artus
Indutus super: hæc inimicæ vulnera turba
Ostentans, clara apparens in nube, docebit
Cujus tela latus, cuius palmasq; pedesq;
Transadigens mucro ferro tenebrarum acuto.
Da pater augurium, atq; animis tete insere nostris.
Da pater, o pater & voti succedere partem.
Omnia

εὐχῆ

Omnia discerpant ne aura, neue irrita donent
Nubibus, Oceani neu mergant omnibus undis.

Et sunt illa satis pugna certamine tanto
Explorata, suo solida stant corpore vires.

Nequicq̄ hostiles acies, hostiliaq̄ arma,
Vlla moram fecere, neq̄ Ausonidum legiones,

Nam premere imperio populos assueti Quirini
Romula gens, telis repressa Melanchthonis, & vi

Victa loco cessit, pugna congressa superba:

Annuat haud Latini Ausonijs victoria Martem.

Quantū acres sine more viri, quicq̄ agmine facto
Omnibus in bellum conuersi viribus irent.

Quos omnes tamen una acies, una arma Philippi,

Vna satis rerum fato prudentia major,

Continuit, retroq̄ pedes cum voce repressit.

Conjugis ac velut, oratu seu Lemnius acer,

Seu Thetidis, quæ tanta dedit cœlestibus arma

(Sive Anchisiada forti, seu vana tumentis

Pelida) perfecta operis: una omnia contra

Tela fuere virum: vel si Mars arma, rotasq̄

Bisthonio versans in gramine, bella cieret.

Ipsæ adeo contra staret fulgentibus armis.

Non aliter vis magna Jovæ, vis ætheris alti

Arma acri gestanda viro dedit, omnibus arma

G 2 Viribus

Alia scri-
ptorū Phi-
lippi com-
mendatio,
ab efficaci
refutatio-
ne errorū
Pontifici-
orum.

Viribus & manibus diuis, atq; arte magistra:
Ingentem chypeū informans, unum omnia contra
Tela. Latinorum: pugna nodumq; moramq;
Ergo in congressu Ausonidum, crudescit ubi ingēs
Pugna, heret pede pes, heret densusq; viro vir.
Postq̄ ad tela Jovis Magni cœlestia ventum est,
Mortalis mucro, & Romana potentia cacas
Quæ tenuit vana ludens sub imagine mentes,
Horrificansq; diu: glacies ceu futilis ic̄tu
Dissiluit: fuluaq; etiam splendentia arena
Fragmina, nō poto Romulidum connectere glutē.
Tot seuas quamuis hiemes ea fracta jacerent,
Quot stetit in campis acies inuicta Philippi:
Numine firma Iovæ, victricia signa per auras
Victricesq; aquilas ostentans, horrida signa,
Lustra quater duo dum ferro decernit, & armis.
Nunc igitur ne tela amens, victricia tela
Quisquis es, exultans animo, & virtute feroci:
Tela amens ne temne, arcus, chypeumq; Philippi,
Loricam, galeamq; & rubra cornua cristæ.
His ille Ausonios contra stetit: hisce subegit
Terga fugæ dare, Germanasq; relinquere terras,
Et libertatem, atq; amissam reddere pacem.

Salve sancte parens, salve diuine Melanchthō

Tu no-

Tu nobis decus omne, tu ò pulcerrime rerum.

Alcides potuit tantum telluris obire,
Rege sub Eurystheo, jussu Iunonis iniqua:
Ut diuersa locis crudeli funere mergens
Prodigia, immensum pacaret viribus orbem.
Hic Cacus in tenebris incēdia sua vomentem,
Hic Lernæum anguem cœlo capita alta ferentem,
Terrorē & Nemees per lustra, & Cressia mactat
Monstra manu, & volucres vasta Stymphalidas
Hylæq; Pholūq; sotos de nube bimēbres. (Unda
Majus opus, major tibi vis, majora pericla
Virtus atq; animus major diuine Melanchthon.
Non tu Centauros vatū fera monstra vetustūm
Semiferos virtute domas, clauaq; trinodi.
Centaurūm sed cognatos, nigricante Sophistas
Nube sotos, inuictē premis sine more bimembres.
Non tu Stymphali volucres, non Cressia mactas
Monstra manu: non Stymphalō, non Cressia nota
Prodigia: at ripis solitas, atq; æquoris undis
Obscenas volucres olim, & sine nomine vulgus
Ludere, & in sicca spaciari rursus arena:
Deijcis, & crudo pennas in vulnere linqvis.
Sequana qua stringit violento flumine ripas
Teutonicoq; ruit restagnans vortice Rhenus.

Compara-
tio Philip-
pi cū Her-
culedoms-
tore fera-
rum.

Nec te Lernæus: sed nec rationis egentem
Sorbonæ turba capitum circumstetit anguis.
Non Nemees leo, sed Bojorum terror in oris
Inviso lanians rictus crudelis hiatu
Aut crudos mandens, aut ætris ignibus ustos
Christicolas, qui nō animis nova scita probassent.

Cacum Teutonicis inclusum immanibus antris
Aut potius geminum non falso nomine Cacum,
Uincis agens: hunc immanes de faucibus ignes
Spirantem, rebusq; incendia sæva parantem.
Illum adeo sævis succensum pectora flammis
Claustra, peregrina venientem protinus ora,
Acceptumq; domo: ut lentis tandem ignibus ust
Invidia, male gratus, inops te perderet hospes.

Verum aliter visum Jovæ succensa favilla
Pectora candenti Lenæi, incendia sæva
Sparsere, & proprijs extinctum hunc ignib. ultro
Tanarias Erebi longè trusere sub umbras.
Illum sæva trucidis glomerante incendia belli
Spectantemq; faces, quibus tot collapsa deorum
Limina, tot ruerent à culmine culta Lyceæ:
Flagrarent arces procerum, magna alia, caule.
Silvaq; tractusq; maris, populiq; domusq;
Exilioq; domos, & dulcia limina passim

Mutan.

Mutantē, sublapsa imis trux flamma medullis,
Et pectus populata ingens, & viscera lento
Igne liquefaciens, resolutum nexibus artus,
Damnatum Stygio caput Orco, atraq; madentem
Illuvie, diras mersit Phlegethontis ad undas.

Non tu diversi solum cervicibus orbis
Monstra deum, pestesq; fugas, & limine pellis,
Deiicis aut letho, aut crudeli funere mergis.
Sed superum a coetu, Jovamq; canente caterua,
Inclusaq; cavis saxi, templisq; vetustis,
Atq; onerante Jovam precibus, celsum aethera votis.
A juvenum gregibus scandentum culta Lycaea
Quarentum & studio, rerum cognoscere causas:
Avertis, vinciq; doces discrimine tanto.

Nectibi clava humero incubes, dextrae trinodis
Lumine quae cerni queat, haud pharetra, haudq;
Armaq; telaq; non odijs infesta noverca. (Sagittae
Non manus armipotens, non villo, onerosaq; setis
Pellis, caesi olim tergusq; immane leonis.

At Jova, dextra tibi: tum dextra clava trinodis,
Pagina sacra, animoq; atq; alta mente reposta.
Tum vero insertans sese super omnia: sese
Insinuans, imas subter lapsusq; medullas
Spiritus aethereis de sedibus, aetheris ardor:

Omas-

Omnipotens calor, & magno se corpore miscens
Ille tibi fortemq; animum, mentemq; serenam
Et defecatos lustrato in pectore sensus,
Et vigiles motus, agilesq; per omnia vires
Suffecit bonus: & mentem per singula duxit.

Antichri-
stus reve-
latus & ex
magna
Germania
parte de
pulsus.

Ergo non oculis subjecta ante ora feruntur
Hostiles facies, inimicaq; numina, sed quæ
Nemo unq; cernens, sine corpore lumine vidit
Barbaries ceu turpis, iners sine more modoq;
Inuisum superis monstrum, cui lumen ademtum.
Serpendo quod tendit humi, Grajumq; reperta
Ausoniūmq; virum, linguas artesq; decusq;
Omne vorans avida sese explens condit in aliu.
Obscura vultusq; tegit, rabiemq; sub umbra.
Et denso nebula circum se fundit amictu.
Paulatim totas invadens occupat urbes.
Terrasq; tractusq; maris: cælo impia summo
Arma ferens, Jovam superis detrudere regnis
Molitur, tentatq; aditus, nec fulmina curat.

Auxilio huic Latijs jamdudum venerat oris
Dira SUPERSTITIO, VERIQ; ignara DEIq;
Hæc sese insinuans animis, penitusq; medullis
Subdita flamma avidis: circum se templa ferebat.
Circum aras, & liba, ignesq; & frigida saxa,
Effi.

Effigiesq₃, artusq₃ atq₃ ossa, aurumq₃, vitrumq₃
(Reliquia quis inclusæ, cineresq₃ sacrati)
Suppliciter tristis, tum tundens pectora palmis.
Cui comes ibat inops animi, mentita coloremq₃
Et vultum, ora simul niveam super addit a lucem
Splendescit fucis multos dominata per annos
Impia RELIGIO: seu graijs HAERESIS illa est.
In varias formas sese, in varia ora ferarum
Conuertens, auraq₃ caput rutilante comata.
Quod super accessit, quod nomine dicere non est.
In felix monstrum: facies cui torua Leonis,
Arrectaq₃ juba, & sinuosa verbera cauda:
Mox hominis vultus, tenera quandoq₃ puella.
Et quandoq₃ viri, comitatus, arma, cohortes,
Signa, pares aquila, tuba, cornua, classica, cantus.
Sceptru etiam, atq₃ comis surgens turrita corona.
Aut templi custos, superum Jovæq₃ sacerdos,
Infula cui canos vestibat sacra capillos.
Lumina quem circum, & positis altaribus ignes,
Vestaq₃, quæq₃ homines pura circumferat unda.
Et quæ longa mora est, nostro omnia dicere versu.
Monstra, triumphato quæ jura cubilia mundo
Huc illuc, posuere manus immanibus oris
Alcida fugere, deum mentita vetustas

H

Fors

Fors si contra etiam armasset non numine lævo
Quin majora loquor: conatos scandere Olympum
Atq; Jovam a thereis cœli detrudere regnis:
Molib. impositis, gradib. super æthera structis
Arte sua, manibus posito fundamine tanto:
Semiferos, terra genitos, Titania monstra,
Centimanos, celo jam tum capita alta ferentes.
Invito genitore Jova, sacra, fana, supremi
Liminaq; & postes cœli, cœliq; favorem,
Expositos, ægris animi mortalibus auro
Vendere, tum precio mutare his orbis in oris
Cœlestes, solitos, thesauros, munera, gazas,
Quas sibi nec peperere manu, reperere nec arte
Divitias, cœli abstrusas rutilantibus oris,
Ausos ceu proprias populis exponere verum.

Quos tu Marte potens victos discrimine tanto
Deijcis, exutos spolijs, & inanibus orsis.
Hos, non ille vagus clava Tirynthius heros:
Signa racemifero nec qui procul axe reportans,
Lenæus domitis retulit regressus ab Indis:
Indomitos letho dare, funere mergere acerbo,
Aut capto incolumes potuissent tollere ab orbe,
Dijs quanq̃ geniti, atq; invicti viribus essent.

Tu vero, tu sacra ferēs procul arma Melanchthō:
Longè

Longè hac mōstra fugans, nō tantū pellis aboris
 Teutonicis, & lustra jubes, & quærere silvas,
 Versa volutabris qua se tenere cavisq;
 Aethereas posthac dare se non ausa sub auras.
 Sed toties sumtis, non æquis viribus, armis
 Ense domas, dedisq; neci, mittisq; sub umbras.
 Salve animis magnū exsuperās, armisq; maniq;
 Alciden, tu fato orbis meliore creatus,
 Ingredieris res antiqua tu laudis, & artis.
 Aeternū salve, æternū mihi magne Melāchthō,
 Aeternūq; vale, vale ò mihi magne Melanchthō.

Apostro-
 phe ad
 Philippū.

Σὺν Θεῷ ὡς δόξα, καὶ χάρις, καὶ
 ἔπαυσις αἰῶνι & αἰεί.

IOH: EVVICH. MEDICVS ORDI-
 NARIVS REIP. BREMENSIS.

Denè sub infami plantarat iniqua Sophistūm
 Suspicione cohors divina Melanchthonis ossa,
 Et qua perpetua vita, qua laude perenni
 Digna fuere viri sanctūm monumenta laborum,
 Cæperat obductis involuere cuncta tenebris,
 Ni fato duo discipuli, PEZELIVS alter,
 Alter MEYSTERVS cognomine, magnus uterq;
 Et preceptoris meriti benè gratus amator,
 Hic Sophia studijs jamdudum clarus, at ille
 (Pone sequens docti vestigia sacra Philippi)
 Gnauus in ambiguis doctrinae partibus omnis
 Conciliandis, & fœliciter enucleandis,

Pralia:

Prælia pro charo subijssent iusta Magistro,
Atq; repressissent magna volitantia sævi
Dexteritate hostis circumlita tela venenis,
Ergo Melanchtonij Herois modò fama redempta est,
Fama per innumeras longè celeberrima gentes,
Quas vel nocturna Phæbe, vel Apollo diurna
Luce sua spectant, Lucem superante Pyropi.

Nam licet Ausonidum crudelibus exulet oris
Sancta viri doctrina: tamen pergrata piorum
Catibus, ut fidei passim conformis aut e est:
Et qua commodior (dicam quod sentio) nulla
Possit ad optatam reperiri Regula pacem,
Si non obstaret quorundam turba malorum,
Turba vel Illyrica pice nigrior, ira odioq;
Plena novercali, sanctisq; invisa Prophetis.

Eloquar an sileam? cælo, quod possidet, ipso
Vix minor Omnijuga celebris virtute Melanchthon
Ecce suos hostes nunc vicit, ovatq; suavi
Excipiens risu, quicumq; resistere VERO
Audet, & obstrictis torquere sophismata nodis;
Sive sit Illyrium mendax, Latium hæc corona
Mitratum triplici, & terræ caput orbis iniquum,
Ambo Melanchtonia infestissima nomina fama,
Quis pro jure manus, sua pro ratione voluntas,
Atq; superstitio pro relligione probatur.
Omnibus his (inquam) modò terq; quaterq; beatus
Ex alto medium ostendit fidentius unguem,
Ingenio magnus, doctrina major & arte,
Maximus eloquio, pietate, fideq;, Philippus
Sacra, profana sciens, dijs & mortalibus æquè
Acceptus, toto ceu Phœnix orbe Philippus.

F I N I S.



A3 52 5/k,8

ULB Halle

3

001 943 405



sb



VINDICIAE
CONTRA PHILIPPO-
MASTIGAS.

Sive

DEFENSIO SCRIPTORVM
ET MERITORVM

VIRI CLARISS: ET DE
ECCLESIIS ET SCHOLIS TOTIVS
GERMANIÆ & de posteritate uniuersa
Optimè meriti.

D. PHILIPPI MELANCHTHONIS
Heroico Carmine Scripta

à

M. JOACHIMO MEYSTERO
Gymnasij Bremensis designato
Rectore.



BREMÆ

Excudebat Theodorus Gluchstein, Anno

CIO. IO. XXCIV.

*ab Bogum B
in unelsteru. F. l. l.*

